

blavo. Item quinque orieri de panno de seta. Item duo statere cum uno blombielleno. Item unus sachus et dimidi lino pleni. Item una peçia de pignolato. Item unus liber Institute. Item unus liber silicet legende sanctorum. Item unus liber digestus. Item unus liber antiquus. Item unus liber Prosperi. Item unus liber dyalogorum sancti Gregorij. Item unus liber statutorum Veneciarum. Item unus liber Ysopi. Item unus liber cronice. Item unus liber Donati. Item unus quaternus statuti navium. Item ali quaterni cum duobus libris franciscis. Item unus liber decretalium. Item unus liber de expositione vocabulorum. Item unus liber blibie complete. Item unus liber fratris Thomaxii. Item unus liber Donati, compositus per vulgare et latino. Item duo Boecii, in uno quorum est poetria (*sic*) novella. Item unus liber epistole beati Eusebii. Item unus liber de doctrina. Item unus liber Flavii, qui habet corium viride. Item unus libellus medicine. Item duo quaterni, scripti in cartis de bergameno, et unus alius quaternus de translatione corporis beati Stephani prothomartiris, qualiter de Constantinopolim conductum, seu translatum fuit Venecias. Item duo peteni de lefanto. Item due flimbaie, sive pedes de auro cum perlis laboratis cum quatuor rochis pro utroque ipsorum pedum. Item una cappa parva de auro a domina. Item quatuor lebetes de broncio. Item tres coldiere de rame. Item septem lebetes de petra. Item tria frissoria de rame. Item tres cochoe de rame. Item duo spedi de ferro. Item quatuor patelle de rame. Item una caldiera magna de rame. Item tres catene ferree. Item sex cavedoni de ferro. Item tres cavedoni magni de ferro. Item due catene magne de ferro. Item unus spedo longus cum duobus pedibus de ferro. Item due alie coldiere de rame, una magna et altera parva. Item quatuor lebetes magni de broncio. Item duo lebetes de petra. Item duo frissoria, unum magnum et alterum parvum de rame. Item duo trepie veteres de ferro. Item tres selles ab equis veteres. Item duo frena equorum. Item una masena de petra ad faciendum salsam. Item due cuppe de argento cum pedibus inauratis cum smaldis coopertis ad opera francisca. Item unum bochal de argento coopertum, inauratum cum smaldis. Item quatuor choclearia de argento inaurata. Item nonaginta septem choclearia de argento alba. Item sex incisoria sive taieri de argento. Item octo scutelle parve de argento. Item octo scutelle magne de argento. Item octo napi de argento ad opera turesca. Item due cuppe de argento, una quarum est inaurata et altera non. Item una scutula de argento magna alba. Item una saliera de argento inaurata, cooperta cum smaldis. Item duo pironi magni de argento inaurati. Item una çaça de argento alesivo. Item unus botagellus de argento albus a triaqua. Item una cuppa de maserata cum pede argenti inaurata. Item una centura de argento sine capite furnita solummodò al cençer. Item due spaliere a novicia, furnite perlis et smaldis cum catenis de argento et cum smaldis inauratis. Item unus annulus aureus cum uno rubino. Item duo candelabra de argento inaurata cum pedibus laboratis ad leones. Item una trumbeta longa de argento. Item una scudeleta de argento pro cirio albo. Iste res sunt in manibus mei predicti Nicolay Contareno, videlicet: Imprimis unus pirulus dambro da Olar cum una flubaia de seta sanguinea. Item duo annuli auri parvi, unus quorum habet palassum vermillum a cantonis octo, et alter saphyrum ab octo cantonis. Item unus annulus aureus ad arma da cha Dandulo ad smaldos. Item duo annuli auri magni, unus habet palassum quadrum a quatuor cantonis, et alter saphyrum ab octo angulis. Item unus curadentes de argento. Item libre viginti due, solidi sexdecim, denarii novem grossorum, parvuli decem octo, cum illis libris trecentis, que sunt de repromissa uxoris Çanini Dandulo suprascripti, nepotis quondam dicti domini ducis Veneciarum, et pro laçis libre due, solidus unus, denari quatuor grossorum, de quibus Marchesina debet habere libras decem grossorum pro sua filia. Item debent excuti a palatio pro una sen-

tentia libre decem octo grossorum, solidi sex, denarii duo grossorum et parvuli viginti duo, que nondum sunt excusse, ex eo quod nos commissarii recurere debemus advocatoribus comunis. Item debent excuti ab uno comitum de Vegla solidi octo et denarii decem cum dimidio grossorum pro regalia. Item unum scripnum dicte commissarie ad tenendum et conservandum intus et denarios et alias scripturas commissarie predictae quondam domini ducis. Iste infra-scripte res sunt deputate ad usum uxoris Çanini Dandulo predicti. In primis una roba de sago albo, silicet tunica et varnachia infrisata ipsa tunica et varnachia, sed varnachia est inforata de cendato blavo, et tunica habet piolos intaiatos de argento inaurato. Item unum epitogium ad unde de panno aureo, et de panno cardinali, furnitum cappis argenteis et inforatum de varotis. Item unum epitogium et una tunica de panno sblavado et scarlato infrisata, et ipsum epitogium est inforatum de varota et furnitum an-solis magnis argenteis inauratis, et ipsa tunica est furnita de pressuris argenteis inauratis. Item unum epitogium de auro inforatum de varotis. Item una tunica de scarlato infrisata de perlis. Item una tunica et unum epitogium de panno viridi inforatum pelle grisea. Item due çube de cendato, una quarum est laborata ad undas de cendado viridi et sanguineo. Item unum rubinum de mesclo et de catabriato. Item unum rubinum de auro ad intaj cum gramitibus. Item una çoia incasata et habet tresdecim taselos de rubinis et smaldis et perlis. Item unum filum de perlis centum et decem septem. Item recepit suprascripta domina ducissa a comite Bartholomeo, et a comite Nicolao Juniori de Vegla libras octo, solidos sex, denarios octo grossorum. Item recepit a comite Marco, filio quondam domini Nicolay comitis majoris de Vegla libras sex et solidos tres grossorum. Item recepit libras sexdecim, solidos decem octo, denarios novem grossorum a palatio de rebus venditis. Item recepit libras quindecim, solidum unum, denarios novem grossorum a domino Nicolao Contareno predicto. Item recepit pro lignis ab igne venditis libras tres, solidos novem grossorum. Item recepit libras decem, solidos decem grossorum de pannis et vestimentis quondam dicti domini ducis, venditis quando ipsa exivit de palatio. Quos omnes suprascriptos denarios ipsa expendidit in reparatione et aptatione domorum et proprietatum positarum in confinio sancti Pauli et sancti Salvatoris, et in distribuendo pro anima ipsius quondam domini ducis et pro aliis necessariis. Signum suprascriptorum commissariorum qui hec rogaverunt fieri.

Tempore domini Angeli Suriano iudicis petitionum in sua curia michi notario ipse dixit, quod non elevarem dictum instrumentum, nisi aliter alias michi diceretur — Postmodum domini advocatores comunis, et fuit dominus Petrus Çane, qui michi precepit instrumentum predictum fieri in publicam formam, et sic feci de autoritate domini ducis et suorum consiliariorum propter mortem testium.

Infrascriptis duobus testibus morte preventis, qui erant testes rogati se subscribere in suprascripta inventarii carta, de mandato et auctoritate domini domini Andree Dandulo Dei gratia Veneciarum Dalmacie atque Chroacie ducis suique minoris et maioris consilii, cum subscriptione ipsius domini ducis et quatuor suorum consiliariorum, qui fuerunt isti, silicet dominus Paulus Donato, dominus Johannes Lauretano, dominus Johannes Quirino et dominus Stephanus Marijoni. In millesimo trecentesimo quadragesimo nono mense septembris, die decimo nono intrante, indictione tertia Rivoalti. Ego presbiter Victor, canonicus ecclesie sancti Marci et notarius complexi et roboravi dictam inventarii cartam, et ipsam dedi suprascripto Johanni Dandulo, et ideo de atramento circumdedi.

Testes Bertolinus de Cremona filius quondam Balde-sarini de Quagris de vicinatu sancti Sepulcri, et Jacobinus de Parma filius quondam Bernardi de Parma, ambo de confinio sancti Cassiani.

(Venezia, Arch. di Stato — Sezione Notarile, Cancelleria inferiore, Not. Vettore Canonico di San Marco, B. 219, n. 8).